



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXXVIII. De Suburbiorum destructione Castrorum Junigedae &
Pistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Carolus Beffare Trebirensis XIII. Mag. Gen. Ord. Teut.

multi utriusque partis graviter vulnerati fuerunt, & Fr. Th. de Piremont occisus & plures de infidelibus interfecti.

CAP. CCCXXVIII.

De

Suburbiorum destructione Castrorum.

Junigeda & Pista.

Anno Domini MCCCXVIII. in autumno frater Henricus Marschalcus cum magno exercitu venit ad castra Junigedam & Pistam, & utriusque suburbia, quæ tunc frumento de novo introducto superabundabant funditus cremaverunt.

CAP. CCCXXIX.

De

Exustione suburbii castri Junigede.

Anno Domini MCCCXIX. post festum Pasce idem Marschal-
lus cum multis fratribus & pugnatoribus navigio veniens,
voluit castra Junigedam & Pistam expugnare; sed cum ordina-
tio ab ipso statuta, quæ ad hujusmodi impugnationem fuit ne-
cessaria, debito modo non servaretur, indignatus omisso castro
Pista, quingenti viri occulte accesserunt ad castrum Junigedam
& invenientes ipsum præmunitum, solum ejus suburbium, sub-
verterunt.

CAPUT CCCXXX.

De

Occisione LV. Lethowinorum.

Hoc anno cum esset aquarum abundantia in solitudine Da-
vid Castellanus de Gartha cum octingentis viris exiens ad
CCC 3 *bel*